

Die Urkunden Pippins, 23

Pippinus rex Francorum vir illuster. Credimus nobis apud eternum indicem in mercede sociare, si hoc cognoscimus, quod ad loca sanctorum fuisse delegatum, et preceptionem anteriorum regum manu subscripta inibi confirmatione per nostris oraculis pro amore dei et retributionem sanctorum affirmamus. Ideoque venerabilis vir Folradus abba de basilica peculiaris patroni nostri sancti Dyonisii, ubi ipse preciosus martir cum sociis suis in corpore quiescere videtur vel ipse abba unaeum turma plurima monachorum degere videntur vel domino militare noscuntur, missa petitione. nobis suggesserunt, eo quod Clotarius rex Francorum per sua preceptione ad ipsa casa domni Dyonisii delegasset villa cognominante Exona sitam super fluvio Exone in pago Parisiaco et postea Chlodouius rex Francorum iterum ad basilica ipsa reconfirmasset per sua preceptione. Unde et ipsas preceptiones nobis ostendit ad relegendas, ubi invenimus, quod per iniqua enpitudine a malignis hominibus postea ipsa villa Exona de ipsa casa sancti Dyonisii fuit abstracta vel inminuta. Petiit ipse abba vel ipsa congregatio celsitudinem rogni nostri, ut per confirmationem nostram vel deliberationem nostram tale emanare deberemus preceptum, ut, sicut a Rauchone comite per nostrum beneficium usque modo fuit possessa cum omnibus terminis vel apendiciis suis, ita cum omni integritate ad ipso monasterio vel monachos ibidem deservientes sen luminaria ipsius ecclesie procurandum vel stipendia pauperum ibidem predicta villa proficere debeat in augmentum, et ut melius delectet ipsos monachos pro nobis vel bone memorie germano nostro Kallomagno quondam seu subsequente progenie nostra die noctuque domini misericordiam attentius deprecare. Igitur predicta villa cum omnibus teloneis publicis et cum terris domibus edificiis accolabus mancipiis vineis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumve decursibus mobilibus et immobilibus farinariis, sicut supra diximus, cum omni integritate pars predicti monasterii eiusque rectores habeant, teneant atque possideant et ad ipsa casa dei in nostra elemosina vel germano nostro usque in perpetuum absque ullius repetitione debeat esse iure integro confirmata. Et ut hec cessio firmior habeatur, nos eam subter. firmavimus vel de anulo nostro sigillare studuimus.

Signum (M.) Pippini gloriosissimi regis.

In dei nomine Baddilo recognovit.

Datum in mense iulio anno XV regni nostri; Aurelianis civitate publice; Itherius scripsit; feliciter amen.